sit bonum et non potuerit venire ad sacerdotem sed praeoccupavit
eum mors in itinere vel in ira faciant pro peccatis eius oblationes
id est altaris et dent elemosynas pauperibus/

Valet etiam quod vere/

post hanc vitam aliqua peccata dimittuntur/ Et aliqua per hanc vitam
dimittuntur Dominus in evangelio ostendit ait qui peccaverit in spiritum sanctum
non dimittetur ei hic neque in futuro seculo/ Ex quo datur intelligi
sicut sanctus doctor tradidit quaedam peccata in futuro dimittentur/ Quod de
culpa in hoc seculo relaxantur quaedam etiam in futuro quae
quidem post mortem gravant sed dimittuntur sed defunctis sicut pro bonis
actibus in hac vita meruerunt ut dimittantur eis/

De illis qui aedificant ligna fenum stipulam dicit Augustinus
quod ignem tribulationis temporalis invenient cremabilia in quibus peccata por-
tavit cremanda/ Ait etiam super illud de ira dei post istius fac-
ti vitae mortem donec veniat ultimo iudicio ad diem damnationis
et remunerationis/ In hoc tempore intervallo spiritus defunctorum qui
aedificaverunt ligna fenum stipulam huiusmodi ignem dicuntur
pati quem alii non sentiunt qui huiusmodi aedificia non portaverunt ut ignem
invenient temporis tribulationis venialia concremantem non damna-
tionis quod forsitan verum est/ Sed quod dictum fallacem ait quod pignus gra-
vius ignis ille gravior erit ignis ille quam quidquid potest
homo pati in hac vita/ Hic aperte insinuatur quod hi qui aedi-
ficant ligna fenum stipulam quaedam cremabilia aedificia venia-
lia peccata secum portant quae in igne emendatorio cremantur. Ubi
constat quaedam venialia peccata post hanc vitam deleri

Nullo autem igne/

purgatorio alii tardius alii citius purgantur etc quod ista peritura
magis vel minus amaverit unde Augustinus in enchiridion. Post hanc
vitam incredibile non est an nullos fideles per ignem quendam
purgatorium quanto magis minusve dilexerunt bona peritura/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_334/0152

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG